

HYMNE.

TE lucis ante terminum
Rerum Creator, poscimus;
Ut solita clementia
Sis praesul ad custodiam.

Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata,
Hostemque nostrum comprime,
Ne polluantur corpora.

Praesta Pater omnipotens,
Per Jesum Christum Dominum,
Qui tecum in perpetuum,
Regnat cum sancto Spiritu. Amen.

CHAPITRE, Jérémie 14.

TU autem in nobis es, Domine,
& nomen sanctum tuum invoca-
tum est super nos, ne derelinquas nos
Domine, Deus noster. R. Deo gra-
tias.

Rep. bref. In manus tuas, Domine,
Commendo spiritum meum.

In manus tuas.

v. Redemisti nos, Domine. Deus
veritatis Commendo spiritum meum.
Gloria Patri et Filio, &c.